# IMPEDIMENTA LVNÆ.

Luna in ☌ { ☉ ♄ ♂ ∾∾ } Dicitur impedita per { duos / unum / unum } diem } ante & post / Diem illum

Luan ☍ { ☉ ♄ ♂ } Dicitur impedita per unum diem ante & post.

Luna in □ { ☉ ♄ ♂ } Dicitur impedita per 12 horas ante & post.

¶ Coniunctio, oppositio, quadratus Saturni & Martis impediunt phlebotomiam per illũ diem. Vbi igitur dies non fuerit impeditus, signum Lunæ illius diei quære in tabella, quam continet uolubilis huius Instrumenti rotula, & characteres qui circa id signum reperiuntur, scribe ad Almanach. Hoc tamen in phlebotomiæ electione obseruabis diem illum dici impeditum, in quo primò impedimentum totum diem inficit. Deinde etiam eum, in quo medius dies, qui est ante tempus prandij infectus est; reliquos autem prosperos, & electionibus idoneos. Hæc cum sint per se facillima, longius de ijs hoc in loco differere nolumus.

FINIS INSTRVMENTI IMPEDIMENTOrum Lunæ Ioannis Schoneri, Carolostadij Mathematici Norici.